

lum ex semine concepto producet. Videtur hic Deus promittere uxori innocenti fecunditatem et liberos, ob suspicionem adulterii, et ignominiam probo hujus, quam insons immerito passa est. Addunt, et fabulantur Rabbinii, eam per miraculum sine semine concepisce instar B. Virginis, uti referunt et refutant Abulens., Lyran. et Dionys. Cartusianus. Vide hic quantum crimen sit, quamque Deo et hominibus exosum adulterium. Audi S. Job. c. 31, 9 : *Si deceptum est cor meum super muliere, et si ad ostium amici mei insidiatus sum : scortum alterius sit uxor mea. Hoc enim nefas est, et iniquitas maxima. Ignis est usque ad perditionem decorans, et omnia eradicans genimina. Et Eccl. c. 25, 25 : Omnis homo qui transgreditur lectum suum, contemnens dicit : Quis me videt? tenebræ circumdant me, et parietes cooperiunt me. Et non intelligi, quoniam omnia videt oculus illius, quoniam oculi Domini multo plus lucidiores sunt super solem, circumspicientes omnes vias hominum, et profundam abyssum. Sic et mulier omnis relinquit virum suum, et statuens hereditatem ex alieno matrimonio. Primo enim in lege Alissini incredibilis (incredula, inobediens) fuit. Secundo, in virum suum deliquit. Tertio, in adulterio fornicata est, et ex alio viro filios statuit sibi. Non tradent filii ejus radices et rami ejus non dabunt fructum. Derelinquet in maledictum memoriam ejus, et dedecus illius non debetur.*

Geradas Spartanus rogatus, qui pœnâ Spartani pleter adulterum? *Nallus, ait, Spartæ adulter est, Cùmque instaret alter. Quid si existat? Dabit, inquit,*

CAPUT VI.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens : Loquere ad filios Israel, et dices ad eos : Vir, sive mulier, cùm fecerit votum ut sanctificentur, et se voluerint Domino consecrare :
3. A vino, et omni quod inebriare potest, abstinere. Acetum ex vino, et ex quilibet aliâ potione, et quidquid de uvâ exprimitur, non bibent : uvas recentes siccasque non comedent.
4. Conactis diebus quibus ex voto Domino consecrantur : quidquid ex vineâ esse potest ab uvâ passâ usque ad acinum non comedent.
5. Omni tempore separationis suæ novacula non transibit per caput ejus, usque ad completum diem quo Domino consecratur. Sanctus erit, crescente casarie capitibus ejus.
6. Omni tempore consecrationis suæ super mortuum non ingredietur.
7. Nec super patris quidem et matris, et fratris sororisque funere contaminabitur, quia consecratio Dei sui super caput ejus est.
8. Omnibus diebus separationis suæ sanctus erit Domino.
9. Si autem mortuus fuerit subito quispiam coram eo, pollutur caput consecrationis ejus : quod radet illico in eadem die purgationis suæ, et rursum septimâ.
10. In octavâ autem die offeret duos tortures, vel duos pullos columbe, sacerdoti in introitu fœderis testimonii.

bovem tantum, ut porrecto ultra Taygetum collo, bibat ex Eurotâ. Risit alter dicens : Fieri non potest, ut tantus bos inveniat. *Et quo pacto, inquit Geradas, Spartæ existat adulter, in quâ delicia, divitiis, et corporis acutissimi cultus probo habentur?* Thales adultero seiscitavit, an abjuratus esset perjurium? *Non est, ait, perjurium adulterio pejus, q. d. : Quid regas de pejerando, cùm facinus perjuro par non dubitabis committere? Adde, adulterium sæpè esse causam eorum et parricidiorum. Ita David ob adulterium cum Bethsabæe, commisit homicidium Uriæ. Clytemnestra cum Ægystho adultero in perniciem mariti Agamemnonis conjuravit : quo interempto, Orestis furor in matrem concitatus est. Ita Euripides in Oreste. Eurydice, Mæcedonum regina, Amyntæ uxor, atque Philippi mater, ut adultero regnum traderet, Alexandrum et Perdicam filios veneno sustulit : idemque viro fecisset, nisi filia scelus detexisset. Quin et bestia adulterium detestantur et vindicant. Audi Guiliel. Parisiens. primæ partis de Universo par. 3, c. 8 : Tempore, ait, meo, ciconia tanquam de adulterio convicta per olfactum masculi sui, nescio qualiter accusante nasculo, vel deligente ejus crimen, à totâ illâ multitudine depulmata atque dilacerata est, tanquam concilio aut judicio omnium esset adulterii judicata.*

Cuculus probrum est avium et hominum, quia nidos et ova aliarum avium invadit, eis incubat, eaque excludit, teste Plinio lib. 10, c. 9. Vide dicta Gen. 58, 24.

CHAPITRE VI.

1. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit :
2. Parlez aux enfans d'Israel, et dites-leur : Lorsqu'un homme ou une femme auront fait un vœu de se sanctifier, et qu'ils auront voulu se consacrer au Seigneur d'une manière particulière,
5. Ils s'abstiendront de vin, et de tout ce qui peut enivrer : ils ne boiront point de vinaigre, qui est fait de vin ou de tout autre breuvage, ni rien de ce qui se tire des raisins. Ils ne mangeront point de raisins nouvellement cueillis, ni de raisins secs.
4. Pendant tout le temps qu'ils seront consacrés au Seigneur, selon le vœu qu'ils lui auront fait, ils ne mangeront rien de tout ce qui peut sortir de la vigne, depuis le raisin sec jusqu'à un pepin.
5. Pendant tout le temps de la séparation du Nazaréen, le rasoir ne passera point sur sa tête, jusqu'à ce que les jours de sa consécration au Seigneur soient accomplis. Il sera saint, laissant croître les cheveux de sa tête.
6. Tant que durera le temps de sa consécration, il ne s'approchera pas d'un mort,
7. Et il ne se souillera point en assistant aux funérailles même de son père ou de sa mère, ou de son frère ou de sa sœur, parce que la consécration de son Dieu est sur sa tête, et qu'en cet état il ne lui est pas permis de prendre part à rien de ce qui est impur.
8. Pendant tout le temps de sa séparation il sera saint et consacré au Seigneur.
9. Que si quelqu'un meurt subitement devant lui, la consécration de sa tête sera souillée : il se fera raser aussitôt ce même jour, qui sera de nouveau celui de sa purification, et il se rasera encore le septième.
10. Le huitième jour il offrira au prêtre à l'entrée du tabernacle de l'alliance, deux tourterelles, ou deux petits de colombe.

11. Facietque sacerdos unum pro peccato, et alterum in holocaustum, et precebitur pro eo, quia peccavit super mortuo : sanctificabitque caput ejus in die illo ;
12. Et consecrabit Domino dies separationis illius, offerens agnum anniculum pro peccato : ita tamen ut dies priores irriti fiant, quoniam polluta est sanctificatio ejus.
15. Ista est lex consecrationis. Cùm dies, quos ex voto decreverat, complebuntur, adducet enim ad ostium tabernaculi fœderis,
14. Et offeret oblationem ejus Domino, agnum anniculum immaculatum in holocaustum, et ovem anniculum immaculatum pro peccato, et arietem immaculatum, hostiam pacificam ;
13. Canistrum quoque panum azymorum qui conspersi sint oleo, et lagenâ absque fermento unctâ oleo, ac libamina singulorum.
16. Que offeret sacerdos coram Domino, et faciet tam pro peccato, quam in holocaustum.
17. Arietem verò immolabit hostiam pacificam Domino, offerens simul canistrum azymorum, et libamenta que ex more debentur.
18. Tunc radetur Nazareus ante ostium tabernaculi fœderis casarie consecrationis suæ : tolletque capillos ejus, et ponet super ignem qui est suppositus sacrificio pacificorum.
19. Et armum coctum arietis, tortamque absque fermento unam de canistro, et lagenam azymum unum, et tradet in manus Nazaræi, postquam rasum fuerit caput ejus.
20. Susceptaque rursum ab eo, elevabit in conspectu Domini : et sanctificata, sacerdotis erunt, sicut pectusculum, quod separari jussum est, et femur. Post hæc potest bibere Nazareus vinum.
21. Ista est lex Nazaræi, cùm voverit oblationem suam Domino tempore consecrationis suæ, exceptis his que invenerit manus ejus. Juxta quod mente devoverat, ita faciet ad perfectionem sanctificationis suæ.
22. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :
25. Loquere Aaron et filiis ejus : Sic benedicatis filiis Israel, et dicetis eis :
24. Benedic tibi Domine, et custodiat te.
25. Ostendat Dominus faciem suam tibi, et misereatur tui.
26. Convertat Dominus vultum suum ad te et det tibi pacem.
27. Invocabuntque nomen meum super filios Israel, et ego benedicam eis.

COMMENTARIUM.

VERS. 2. — VIR SIVE MULIER CUM FECERINT VOTUM UT SANCTIFICENTUR. Hebr., *cum separaverint, vel mirificaverint se ad votandum*, id est, cùm voverint votum Nazaræi, ut separant se à communi hominum consuetudine et vivendi ratione (quod quid novum et mirum est) et consecrent se Domino. Sanctificatio ergo hic significat separationem à communi hominum vitâ, et abstinentiam à vino et siccâ, id est, potu omni qui inebriare potest, idque ad honorem et cultum Dei, à

11. Et le prêtre en immolera un pour le péché, et l'autre en holocauste ; et il priera pour lui, parce qu'il a péché, et s'est souillé par la vue de ce mort : il sanctifiera de nouveau sa tête en ce jour-là ;
12. Et il consacra au Seigneur les jours de sa séparation, en offrant un agneau d'un an pour son péché : en sorte néanmoins que tout le temps de sa séparation d'aujourd'hui deviendra inutile, parce que sa consécration a été souillée.
15. Voilà la loi pour la consécration du Nazaréen. Lorsque les jours pour lesquels il s'est obligé par son vœu seront accomplis, le prêtre l'amènera à l'entrée du tabernacle de l'alliance,
14. Et il présentera au Seigneur son oblation, savoir : un agneau qui n'aït pas plus d'un an et qui n'aït sans tache, c'est-à-dire, sans défaut, pour être offert en holocauste, une brebis d'un an et sans tache pour le péché, et un bœuf sans tache pour l'hostie pacifique ;
13. Il offrira aussi une corbeille de pains sans levain, pétris avec de l'huile, et des tourteaux sans levain, arrosés d'huile par-dessus, accompagnés de leurs offrandes de liqueur.
16. Le prêtre les offrira devant le Seigneur, et il sacrifiera l'hostie pour le péché, aussi bien que celle de l'holocauste.
17. Il immolera encore au Seigneur le bœuf pour l'hostie pacifique, et il offrira en même temps la corbeille des pains sans levain, avec les offrandes de liqueur qui s'y doivent joindre selon la coutume.
18. Alors la chevelure du Nazaréen consacrée à Dieu sera rasée devant la porte du tabernacle de l'alliance, et le prêtre prendra ses cheveux et les brûlera dans le feu qui aura été mis sous le sacrifice des pacifiques.
19. Et il mettra entre les mains du Nazaréen, après que sa tête aura été rasée, l'épaulé cuit du bœuf, un tourteau sans levain pris de la corbeille, et un gâteau aussi sans levain.
20. Et le Nazaréen les remettra entre les mains du prêtre qui les élèvera devant le Seigneur ; et ayant été sanctifiés, ils appartiendront au prêtre, comme la poitrine qu'on a commandé de séparer pour lui, et la cuisse qui lui est aussi destinée. Le Nazaréen après cela pourra boire du vin.
21. C'est là la loi du Nazaréen, lorsqu'il aura voulu son oblation au Seigneur, pour le temps de sa consécration sans les autres sacrifices qu'il pourra faire de lui-même. Il exécutera pour achever sa sanctification, ce qu'il avait arrêté dans son esprit, lorsqu'il fit son vœu.
22. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit :
25. Dites à Aaron et à ses fils : C'est ainsi que vous bénirez les enfans d'Israel, et vous direz :
24. Que le Seigneur vous bénisse et vous conserve.
25. Que le Seigneur vous découvre son visage et ait pitié de vous.
26. Que le Seigneur tourne son visage vers vous et vous donne la paix.
27. C'est ainsi qu'ils invoqueront mon nom sur les enfans d'Israel, et je les bénirai.

quâ separatione Nazareus, id est, separatus dicitur. De quo plura v. 7. Nazaræi apud Judæos erant viri religiosi, qui ut liberi vacarent legi, et meditationi rerum divinarum, aliorum commercio se abdicabant, vel semper, vel ad tempus, et Domino se totos debabant : vel qui cùm profusius vino et reliquis deliciis uti fuissent, postea abstinentie et severioris vite generi se manciantur, ut corpus affigerent. Hi erant Nazaræi penitentes, priores erant quasi contemplan-

tes. Ita Vatabl. Porrò Nazareæ erant duplices: quidam enim habebant votum perpetuum, ut Samuel 1 Reg. 28, et Samson Judic. 12. 7. Alii ad certum tempus, quod non erat lege definitum, sed unusquisque pro sua devotione tempus sibi prædinebat. Talis Nazareus fuit S. Paulus Act. 21, 25.

VERS. 5.— QUODQUE DE UVA EXPRIMITUR. Hebr., residuum uvarum, id est, quod ab uvis jam pressis postea vel aqua mactefactis, vel coctis, reliqui humoris exprimitur. Nil enim tale comedere aut bibere poterant Nazareæ.

VERS. 4.— AB UVA PASSA USQUE AD ACINUM NON COMEDENT, id est, ne acinum quidem uva, seu nihil omnino quod uva est, comedent. Hoc enim significat hæc phrasit Hebræorum. Similis est c. 8, 4, in Hebræo, et Gen. 14, 25, ubi dicitur: *A filo subtegnitatis usque ad corrigiam caligæ*, id est, ne filium quidem, aut corrigiam accipiam ex omnibus que tua sunt. Hinc patet Nazareos non potuisse comedere uvas passas et siccas.

VERS. 5.— NOVACULA NON TRANSIIT PER CAPUT EJUS, scilicet ad radendum, vel ad tendendum crines Nazareæ.

USQUE AD COMPLETEM DIEM, QUO DOMINO CONSECRATA. Hebr. usque dum impleatur dies, quibus separavit se Domino.

SANCTUS ERIT, CRESCENTE CÆSARIE CAPITIS EJUS, q. d.: Nazareus erit et cognoscatur, si secundum hoc meum præceptum sinat promissam exerescere comam. Jussit Deus Nazareum alere crines, partim ut hoc signo ostenderetur eum à cultu, regè ac à deliciis corporis separatam esse, partim ut eos in termino voti sui Domino daret.

VERS. 6.— SUPER MORTUUM NON INGREDIETUR, non ibit ad funus mortui, ne quidem patris aut matris. Quà in re Nazareæ perfectiores erant communibus sacerdotibus: hi enim poterant interesse funeri patris, matris, fratris et sororis, atque æquantur summo pontifici, qui nec patris, nec matris funus adire poterat. Levit. 21, 11.

Nota. Apud Hebræos contaminabatur aliquis super mortuo tripliciter: primo, si tangeret cadaver, aut ossa, etiam reperta in agro; secundo, si iret ad exequias plangentium mortuorum, aut si esset in domo in qua jacet mortuus, vel agens animam; ait Abulens; tertio, si aliqua ejus vasa contingeret, ut patet Num. 19, 10 et seq.

VERS. 7.— QUA CONSECRATIO DEI SUPER CAPUT EJUS EST, q. d.: Quia coma intonsa super caput ejus est; que ostendat illam Domino esse separatam, coronatum et consecratum; et in hac cæsarie sive comâ videtur precipua, et à quâ maximè dignoscantur et deominabantur, fuisse Nazareorum ceremonia. Unde sequitur:

VERS. 9.— SÏN AUTEM MORTUUS FUERIT QUIESCAM CORAM EO, POLLUETUR CAPUT CONSECRATIONIS EJUS, id est, polluetur ejus consecratio, que maximè apparet

in cæsarie capitis; ideoque ne capilli hi Nazareorum quasi sacri postea profanarentur, finito voto, Domino quoque consecrati erant, comburebantur, ut patet vers. 18.

Nota. *Nazer*, significat primò, separationem; secundò, consecrationem; tertio, coronam; quartò cæsariem, sive comam instar coronæ, que Deo consecratur. Hinc *nazer* deductum à *nazir*, id est, Nazareus, significat primò, separatam Deo; secundò, consecratam; tertio, coronatam; quartò, cæsarem, sive comatum. Allegoricè Rupertus hæc omnia accomodat Christo, de quo Matth. 2, v. ult. per prophetas prædictum dicitur: *Quoniam Nazareus vocabitur*: quod exponens S. Hier.: Nazareus, ait, sanctus interpretatur. Sanctum autem Dominum futurum omnis Script. commemorat, ejusque sanctitatem Nazareæ hi omnes, et nominatim Joseph, patriarcha Gen. 49, 26; et Samson Judic. 15, 5, præsignarunt: cujus symbolo in Nazareth educatus est Christus, Dei presentia per hoc significante: quod ipse vitæ et moribus esset Nazareus, idque fusc probat Leo Castrinus in c. 11, Isaiæ v. 1 tum ex aliis, tum ex eo quod Evangelista Nazareus semper scribitur per litteram *zeta*, que respondet Hebræo *zain*, quâ literâ scribuntur hi nostri Nazareæ. Si enim Nazareus à *netzer*, Isaiæ 11, v. 4, id est, flos vel surculus, deduceretur, ut multi volunt, tuac non scriberent Nazareus per *z*, sed per litteram *s*: *netzer* enim ibi per *tsade* scribitur, que littera semper à scriptoribus sacris vertitur per *s*, nunquam per *z*. Sed de hac re exactius agendum est Matth. 2.

Tropologicè, Rabanus et Cyrillus lib. 6 de Adoratione, in Nazareis putant abstinentiam continentiumque vitam signari. Qui ergo vult Deo se magno voto, id est, perfecte justitiæ vitâ consecrare, hic à vino et sicca, id est, omni re que perturbare potest, animam abducit. Hæc autem sunt sensus mundanus, terrenæ cupiditates, sollicitudines carnis, vane distractiones. Alat comam capitis, id est, mentem non habet nudam, sed divinis cogitationibus et scientiâ completam. Ad patrem et matrem non ingreditur, id est, abdicat carnalem amorem, et sanguinis conjunctioni præferat Deum. Quare Nazareæ religiosorum nostrorum vitam præsignarunt, uti docet S. Greg. Nazianz. orat. in laudem S. Basilii, S. Greg. lib. 52, Moro. 177 Innocent. citatus c. 4, 46, D. Tho. 2-2, q. 186, a. 6. Religiosi ergo sunt veri Nazareæ, id est, separati à communi hominum vitâ, itemque coronati in capite quasi reges et cæsares, tam coeli quam terre, de quibus dicitur Thren. 4: *Candidiores Nazareæ ejus nives, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores*. In nive et lacte significatur religiosorum castitas: in ebore antiquo jugis et fortis obedientia: in sapphiro, qui caelestis est coloris, paupertas que spem in solum Deum defigit. Hinc v. 21 Nazareatus vocatur status perfectionis et sanctificationis, scilicet legis veteris: sicut Religio in lege novâ status est perfectionis, non acquisitæ (hic enim est episcopatus) sed acquirenda per tria vota. Nam, ut ait Eusebius Emisenus: *Religiosus debet esse neglector quietis, fugas*

voluptatis, appetitor laboris; patiens abjectionis, impatientis honoris; pauper in pecuniâ, dives in conscientiâ, humilis ad merita, superbus ad vitia. Unde planè aberrant quidam ad Religionem conversi, qui, ut ait B. Prosper de Vitâ contemplativâ, ex pristinis moribus nihil abiciunt, quia scilicet non mutantur mente, sed veste; non actu, sed habitu; non opere, sed sermone. In Religionem autem seculariter vivunt opinionem virtutis pro virtute querunt, prædicant magna nec faciunt, accusant vitia nec deponunt, publice sibi displicere simulant quod occultè committunt. Secundò, sicut Nazareæ, ita et religiosi vino, omniâque eo quod mentem turbare, vel inquinare potest, abstinere debent. Audiant ipsi S. Hieronymum Paulinum monachum instituentem: *Sit visis et vesperitum cibis, olera et legumina; interdumque pisciculos pro summis ducas delicias, qui Christum desiderat, et illo pane vescitur, non querit magnopere de quàm pretiosis cibis stercus conficiat; et infra: Nihil in te mediocre esse contentus sum, totum summuum, totum perfectum desidero*. Tertio, Nazareæ etiam acinis abstinere debebant, ne videlicet ab acinis ad uvas, ab uvis ad vinum transirent: ita religiosi omnem, etiam minimam et remotam occasionem gula et peccati præcedere debent, nam, ut rectè ait Glossa in illud Job 31: *Peperigi fedum cum oculis meis*: *Vinum sequitur cogitatio, cogitationem delectatio, delectationem consensus, consensus opus, opus consuetudo, consuetudinem necessitas, necessitatem desperatio, desperationem damnatio*.

Audiant religiosi, audiant ecclesiastici, quid efficiat minimum canonum et ordinationum neglectus, S. Antoninum docentem p. 2, hist. tit. 15, § 2, postquam de Religiosis multis egit: *Præfatus, ait, Religiones, que cum magno fervore et vitæ sanctimoniam initium habuerunt: minima negligentes traditionum paternarum in processu temporis paulatim destituerunt et exinaniunt sunt, usque ad fundamentum in eis, voto scilicet substantialia: sed miseratione divinâ à septuaginta annis pullulant, reformatur in paucis se reformatibus ad vitam regularem*.

Audiant S. Anselmum ep. 6 ad monachos: *Certissimum, ait, est, quod in multis ecclesiis experimento didicimus: quia in monasterio, ubi minima districtè custodiuntur, ubi rigor monachorum intiolabilis permanet; ibi pax inter fratres, et in capitulo proclamationes conquiescunt. Ubi verò minimi excessus negliguntur; ibi totus ordo paulatim dissipatur et destruitur. Si ergo de virtute in virtutum vultis ascendere, semper timele in singulis minimis Deum offendere*.

Merito ergo religiosus et religiosus monet S. Greg. Naz. orat. de Fudo, dicens: *Illud velim ne ignores rugam unam tibi turpiorem esse, quàm maxima vulnera iis qui in mundo vivunt: neque enim tam notabilis ac conspicua in sordidus, quàm in puris unius coloris vestibus, labe aliqua sordiditate habet*.

Quartò, Nazareus non poterat lugere mortuum, etiam patrem vel matrem: ita religiosi omnes carnales affectus erga parentes truncare debent, et audire illud Christi Matth. 8, 22: *Sequere me; Et: Di-*

mitte mortuos sepelire mortuos suos; et illud Ps. 43: *Audi, fili, et vide, et inclina aurem tuam, et oblitiscere populum tuum, et domum patris tui, et concipies ræ decorem tuum*. Quintò, Nazareus pollebat etiam ex solâ presentia cadaveris; ita religiosus ab omni peccato remississimus esse debet, de quo plura v. 9.

Sextò, Nazareæ sanctificato maximè sita erat in cæsarie nutritiâ. Hæc autem mysticè est sanctiorum cogitationum germinatio, quibus homo sanctus efficitur: hæc autem fovet et nutrit religio. Septimò, si contingeret Nazareum pollui super mortuo, cæsaries ejus quasi polluta radebatur, ut novâ succresceret: ita religiosi, si cogitationes et affectus eorum aliqua peccati labe inquinantur, mox eas amputant, et alias sanctas de novo accersunt. Octavò, si pollueretur Nazareus, dies præteriti Nazareatus irritescerentur, cogebaturque de novo tempus voti incipere: gaudet enim Deus maximè continuâ sanctitate. Itaque religiosus, si lapsus sit in negligentiam aut aliud peccatum, iterum novo conatu, ac si nihil antea egisset, viam virtutis arripere debet, ac dicitur eum Psal. 76: *Dixi, nunc capsi. Nond, peracto voti tempore radebatur Nazareus, capillique in altari holocausti cremabantur: quo significabatur, ait Greg. 2 Mor. 59: *Tunc nos ad perfectionis summum pertingere, cum sic deteriora vitia superamus, ut etiam cogitationes superfluas à mente ressemus, quas vitiorum sacrificij igne concremare, est eas flammâ divini amoris incendere, ut cor totum in Dei amore ardeat*. Tuncque Nazareus offerretur primò, hostiam pro peccato, quod significat plenam peccatorum remissionem, quam religiosi in ingressu Religionis remissionem. Unde et à S. Hieron. ep. ad Demetriadem, et à S. Bern. lib. de Præc. et dispens. c. 25, et aliis Religiosis ingressus vocatur secundus baptismus. Secundò, hostiam pacificam, quæ significat Deum religiosorum precibus facile placari et amovere. Tertio, holocaustum, quod significat Religionem non esse aliud quàm holocaustum, uti docet D. Th. 2-2, q. 186, art. 7, quia, sicut in holocausto tota hostia cremabatur, ita religiosus nihil habet quod Deo non offerat. Nam externas opes offert per votum paupertatis, bonum corporis offert per votum castitatis, bonum animæ offert per votum obedientiæ. Denique, ut religiosi nullum genus essent sacrificii desit, ipsa quoque Illustrissimum quoddam est martyrium. Nam, ut ait S. Hieronymus in epitaphio Paulæ, *devota mentis immaculata servitus quotidianum est martyrium*; et S. Bern. ser. 1 in festo omnium Sanctorum: *Verè, ait, martyrii genus est paupertas voluntaria*.*

Audi qualia sint munia et martyria monachi ex S. Hier. ad Rusticum: *In monasterio, ait, hic te silentium, ille docet mansuetudinem; non facias quod vis; comedas quod juberis; vestiare quod accipis; operis tui gratiam persolvas; subjiciaris cui non vis; lassus ad stratum venias, ambulansque dormites, et necdum expleto somno surgere compellaris. Ducas psalmum in ordine tuo, in quo non dulcedo vocis, sed mentis effectus queritur; servias fratribus; hospitum laves pedes; passus injurias taceas; præpositum monasterij timeas ut dominum, di-*

ligas ut patrem; credas tibi salutare quicquid ille proceperit, nec de majorum sententiâ iudices, cuius officii est obedire, et implere quae iussa sunt; feminae nomen tuum non noverint, et vultum tuum nesciant; multo tempore disce quod docens; nec credas laudatoribus tuis, invidiosioribus.

Hoc et plura Viegas in Apocal. c. 9, 2, sect. 11; vide et S. Hier. Platum de Bono status religiosi lib. 2, c. 19; et c. 12; et c. 15.

VERS. 9. — SIN AUTEM MORTUUS FUERIT SUBITO QUI SPIAM CORAM EO, POLLUETUR CAPUT CONSECRATIONIS EJUS. Cur hoc? — Respondet Lyranus, ut Nazareus ejusmodi mortem suis peccatis attribueret. Tanta enim debet esse humilitas in viro religioso, ut quicquid mali contingit, suis peccatis attribuat. Secundo, Viegas supra: Censetur, ait, Nazareus pollutus si quis coram eo moriatur; quia existimari poterat ipse esse ejus interfectior: ut significaretur viro religioso vel ipsam mali speciem ac praeumptionem, etiam expertem culpae, omnibus modis fugiendam esse, juxta illud 1 Thessal. 5: *Ab omni specie malae abstinete vos*. Tertio et planè genuinè, Abulensis: Polluebatur, ait, Nazareus si quis coram eo moreretur; quia ipse debebat immunis esse ab omni contaminatione; erat enim legaliter sanctissimus: in mortuis autem illa lege maxima erat contaminatio. Unde perinde si in Nazareum casu cadaver aliquod, vel ossa mortui incidissent, aut si ipse casu in domum mortui delapsus aut delatus fuisset, pollutus fuisset, idque ut per hoc significaretur, virum religiosum ab omni peccato (hujus enim typus erat cadaver) etiam casuali et subreptitio, etiam alieno, remotissimum esse debere.

QUOD (caput pollutum) RADERET ILLICO IN EADEM DIE PURGATIONIS SUE (q. d.: Raderet caput eodem die quo pollutum est, ut eodem die hæc ratione purgetur à contaminatione mortui) ET RURSUM SEPTIMA DIE RADERET CAPUT, idque ad majorem munditiam. Verùm Hebraei et Vatabl. putant non primo, sed septimo die tantum radendum fuisse caput Nazaraei; hoc enim induunt Hebraea, quae sic habent: *Raderet caput suum in die purgationis suae, in die septimâ raderet illud*. Sed noster interpres sagaciter intellexit, more hebraeo subaudiri copulam et, q. d.: *Et in die septimâ raderet illud*. Nec enim verisimile est, Nazaraeum in sua pollutione permansisse usque ad septimum diem, sed illicò purgari et radi deuisse, illudque satis innuit Hebraeum, suum, id est, et, quod noster rectè vertit illicò; sic enim habent Hebraea, et *polluetur et raderet*, id est, mox ut pollutus fuerit raderet.

Nota. Hæc ratio tantum faciendâ erat à Nazaraeo temporaliter: nam perpetuus nunquam radebatur, quomodocumque pollueretur, ac consequenter nec offerretur turtures vel pollos columbarum ad sui expiationem ut docet Abulensis q. 11 in 15 Judicum. Omnia enim hoc c. prescripta tantum spectant Nazaraeum, qui talis est ad certum tempus, ut patet v. 4, 5, 6, 15, 18.

VERS. 10. — IN INTROITU FEDERIS TESTIMONIUM, id est, in introitu tabernaculi testimonium. Ita Hebr., Chald.,

Sept. Tabernaculum ergo hic dicitur fœdus metonymicè, quia signum erat fœderis inter Deum et populum per Moysen initi.

VERS. 11. — FACIETQUE SACERDOS UNUM (turturam) PRO PECCATO. *Faciet*, id est, sacrificabit et jugalabit: carnes verò ejus cedent sacerdoti. Nam in sacrificio pro peccato adipem tantum adolenti et cremantem erant juxta legem Levit. 7, 1; in turture autem et columbâ nullus est adeps: ergo solus eorum sanguis Deo libandus et effundendus erat.

QUIA PECCAVIT SUPER MORTUO, quia contaminatus est super mortuo, puta quia pollutus est ex funere mortui. Peccatum enim hic significat non culpam, sed immunditiam legalem. Vide dicta Levit. 15, 15.

VERS. 11 et 12. — SANCTIFICABITQUE CAPUT EJUS IN DIE ILLO, ET CONSECRABIT DOMINO DIES SEPARATIONIS ILLIUS. Hebr. *dies Nazaraeatis illius*, id est, ex eo tempore incipit rursus numerare tempus Nazaraeatis illius, sive tempus quo voverat alter se fore Nazaraeum, q. d.: Sacerdos restituit hæc lustratione caput Nazaraei pristinae sanctitati et consecrationi, ut ab illa die lustrationis rursus incipiant dies voti, et consecrationis ejus: nam primi dies per pollutionem secutum facti sunt irriti.

VERS. 15. — CUM DIES, QUOS EX VOTO DECREVERAT, COMPLEBUNTUR, ADDECT (supple sacerdos: hic enim est minister tabernaculi, et omnium rerum sacrarum) EUM (Nazaraeum) AD OSTIUM TABERNACULI FEDERIS, ut pro eo offerat omne, id est, triplex, genus sacrificii, scilicet *agnam in holocaustum, arietem in hostiam pacificam, et ovem pro peccato*, non certo aliquo et determinato, sed *pro peccato*, id est, pro peccatis in genere, si quæ ante; præsertim in Nazaraeum suo, admittit. Ita Abulensis.

VERS. 15. — CANISTRUM QUOQUE PANUM AZYMORUM, QUI CONSPERSI, id est, subacti, sint oleo, cum farina pinseretur et subigeretur, ac LIMBINA SINGULORUM, quæ prescribuntur c. 15, 4.

VERS. 18. — TUNC RADERET NAZAREUS ANTE OSTIUM TABERNACULI FEDERIS, etc., TOLLETQUE (sacerdos) CAPILLOS EJUS, ET PONES SUPER IGEM. Comburentur capilli Nazaraei in honorem Dei, tanquam ei jam ante sacri et consecrati: per capillos enim, qui sunt velamen capitis, significabatur caput ipsum Nazaraei Deo esse consecratum, cumque caput ipsum sine interemptione hominis Deo offerri et comburi non posset, hinc loco capitis capilli Deo dati et combustis sunt, ut hoc symbolo *perfectionem devotionis suae Domino consecrarent*, inquit Isidorus. Pari modo gentiles capillos suos diis, id est, demonibus, dedicasse, cum se iis offerrebant, testatur Theodor. in c. 19 Levit. q. 28, et Cyrillus lib. 16 de Adoratione. Alter hæc mysticè, uti dixi v. 7, accipit S. Gregor. lib. 5 Moral. c. 6, et Rupert., scilicet capillos significare superfluas et presumptuosas cogitationes, ideoque eos juberi comburi et absumi ad honorem Dei. Porrò à Nazaraeis cepisse usum tonsuræ ecclesiasticae docet Isidor. de divin. Offic. *Hujus*, inquit, *exempli (Nazaraeorum) usus ab Apostolis introductus est, ut qui divinis cultibus mar-*

cupati, Domino consecrantur, quasi Nazaraei, id est, sancti Dei, crine præcio inveniuntur; ut hoc signo et religione vitia resecantur, et criminibus carnis nostrae, quasi crinibus exarantur, expoliantes nos veterem hominem cum actibus suis: quam renovationem in mente oportet fieri, sed in capite demonstrari, ubi ipsa mens nascitur habitare; quòd verò detonso capite superius, inferius, circum corona reliquitur, sacerdotium regnumque Ecclesiae in eis existimo figurari. Hinc et tiara apud veteres consuebatur in capite sacerdotum, quia vos estis genus electum, regale sacerdotium.

Cujus et alia datur causa, nimirum ob jugem memoriam spinæ coronæ Christi: idque ab Apostolis facilitatum; et Ecclesiae traditum certâ assertione docet Beda l. 5 de Gest. Anglor. c. 22. Neque, ait, ob id tantum in coronam attondemur, quia attonus ita est Petrus, sed quia Petrus in memoriam Dominicæ passionis ita attonus est: *idcirco et nos, qui per eandem passionem salvari desideramus, ipsius passionis signum cum illo in vertice gestamus. Sicut ergo fideles signum crucis gestant in fronte, contra malignos spiritus, et ut doceantur se carnem cum vitis crucifigere debere: ita clerici et monachi gerunt formam coronæ quam Christus in passione suâ spinæam portavit in capite, ut spinas ac tribulos peccatorum nostrorum portaret, id est, exportaret, et auferret à nobis: ut ipsi se irrisiones et opprobria pro Christo liberet ac prompto animo sufferre, ipso etiam frontispicio doceant: ut coronam vitæ, quam reprobis dicitur Deus diligentibus se, semper se expectare, proque hujus perceptione et adversa mundi et prospera contemnere designent. Hæc et plura Beda, atque Albinus Flacc. de divin. Offic. Monachis verò jam à tempore S. Dionysii Areop. ut ipse testatur Eccl. hierarch. p. 2, 5, caput radi consuevit, capitis epim abrasio monitio est et symbolum, primò, lugentis et moerentis hominis; secundo, casti et ornati pudicitie inornati, ut ait S. Paulinus ep. 7 tertiò, terrena contententis, et celestia meditantis. Plura vide apud Baron. anno Christi 58.*

VERS. 20. — SANCTIFICATA, id est, elevata, et oblatâ Deo, SACERDOTIS ERUNT, Sicut pectusculum, ita ET FEMUR, armus dexter, uti habent Hebraea, hic enim arinus, uti et pectusculum, in hostiis pacificis cedebant sacerdoti, cique ex hostiâ separabatur, uti patet Levit. 7, 51 et 52.

VERS. 21. — ISTA EST LEX NAZARAÏ, CUM VOVERIT ORATIONEM SUAM DOMINO, TEMPORE CONSECRATIONIS SUE, cum scilicet voverit Nazaraeatum, seu esse Nazaraeum, pro consequens cum voverit orationem faciendam in fine voti, quam ego hic Nazaraeis prescripsi: voverit, inquam, eam in die consecrationis, id est, in die quâ se Deo consecravit, coepitque esse Nazaraeus.

EXCEPTIS HIS QUAE INVENIUNT MANUS EJUS, q. d.: Offerret hostias jam v. 14 prescriptas, præter eas quas spontè offerre voluerit, juxta opes et facultates suas; idque ad perfectionem sanctificationis s. e. Hebraicè, juxta legem Nazaraeatis sui, quæ videlicet spe-

ciat perfectionem ejus in sanctitate status illius temporis, puta veteris Testamenti.

VERS. 25 et 24. — LOQUERE AABON ET FILIIS EJUS. Sic BENEDICETIS FILIIS ISRAEL: BENEDICAT TIBI DOMINUS, id est, det tibi DOMINUS copiam omnium bonorum temporalium et spiritualium, hoc enim significat benedictio apud Hebraeos.

VERS. 25. — OSTENDAT DOMINUS FACIEM SUAM TIBI. Hebr.: *Illuminet Dominus faciem suam super te*, id est, benignum, hilarem, propitium, liberalem se Deus ostendat tibi. Hoc enim significat lux et illuminatio in Script. ut Ps. 96, 11: *Lux orta est justo, et rectis corde lætitia*; et Psal. 43, 4: *Nec enim in gladio suo possederunt terram, et brachium eorum non salvavit eos, sed dextra tua et brachium tuum, et illuminatio vultus tui, quoniam tuas et inclinat in eis*. Secundo, melior magisque genitius sensus est, q. d.: Dominus sit tibi instar lucis et lucerne, ut dirigat omnes actus tuos. Id ita esse patet ex eo quod Psal. 66, 1, ubi hæc benedictiones iterantur, cum dixisset Psaltes: *Illuminet (Deus) vultum suum super nos, mox illud explicans subiungit: Ut cognoscatur in terra vultum tuum*. Unde et Psal. 4, 7, dicitur: *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine, q. d.: Lucerna rationis et fidei in nobis accensa est à lumine tuo divino, ô Domine*. Simili sensu dicitur Ps. 17, 29: *Quoniam tu illuminas lucernam meam, Domine*; et Psal. 118, 135: *Faciem tuam illumina super servum tuum: et doce me justificationes tuas* et Luc. 1, 79: *Illuminare his qui in tenebris et in umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis*. Et Psal. 89, v. ult.: *Sit splendor Domini Dei nostri super nos, et opera manuum nostrarum dirige super nos*.

VERS. 26. — CONVERTAT DOMINUS VULTUM SUUM AD TE, q. d.: Consoletur Dominus, adjuvet et protegat te. Metaphoricè Deo tribuitur vultus conversio, uti et aversio, significans open ejus presentem, uti aversio significat ejus derelictionem. In hæc sacerdotum benedictione, ait Raban., tripliciter formata, tertiò inditum et repetitum est nomen Domini, ut SS. Trinitas, ex quâ, per quam, et in quâ sunt omnia bona, significetur: unde et jam apud Christianos, ecclesiastica benedictio per nomina personarum SS. Trinitatis, confertur dicendo: *Benedicet vos omnipotens Deus, Pater et Filius, et Spiritus sanctus; vel, ut Deus sit in corde tuo, et in ore, ut ritè annunties ejus Evangelium, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*.

VERS. 27. INVOCABITQUE NOMEN MEUM SUPER FILIOS ISRAEL. Hebr., et ponent nomen meum super filios Israel, scilicet illud super eos invocando, unde Vatabl. et Hebraei sic exponunt, q. d.: Cum benedicerent sacerdotes filios Israel, adjungunt benedictioni suæ nomen meum tetragrammaton.

ET EGO BENEDICAM EIS. Nota hic efficaciam et effectum benedictionis sacerdotalis, etiam in lege veteri. Promittit enim hic Deus, se benedictionem hanc exauditorum, ac reipsâ præstaturum, atque benedicturum, id est, benefactorum populo ita à sacerdote benedicto. Ita benedictio parentum, maximè moribundorum, data filiis olim erat efficax, ideoque avidè à filiis expecte-

batur, ut patet in benedictione Isaac, Gen. 27; et Jacobi, Gen. 49; et Moysi, Deut. 51. Et hoc est quod ait Sapiens Eccles. 5, v. 11: *Benedictio patris firmat domos filiorum; maledictio autem matris eradicat fundamenta.* Quid mirum ergo, si benedictio sacerdotum novi Testamenti sit effectus? presertim si eâ fido et devotione petatur et suscipiatur, quâ par est. Unde veri Catholici religiose eam petere et excipere solent. Ita Angli plerique, etiam nobiles, ingrediente domum

CAPUT VII.

1. Factum est autem in die quâ complexit Moyses tabernaculum, et erexit illud, unxitque et sanctificavit cum omnibus vasis suis, altare similiter et omnia vasa ejus.
2. Oblulerunt principes Israel et capita familiarum, qui erant per singulas tribus, prefectique eorum qui numerati fuerant.
3. Munera coram Domino, sex plaustra tecta cum duodecim bobus. Unum plastrum obtulere duo duces et unum bovem singuli, obtuleruntque ea in conspectu tabernaculi.
4. Ait autem Dominus ad Moysen:
5. Suscipe ab eis, ut serviant in ministerio tabernaculi, et tradas ea Levitis juxta ordinem ministerii sui.
6. Itaque cum suscepisset Moyses plaustra et boves, tradidit eos Levitis.
7. Duo plaustra et quatuor boves dedit filiis Gerson, juxta id quod habebat necessarium.
8. Quatuor alia plaustra et octo boves dedit filiis Merari, secundum officia et cultum suum, sub manu Itamar, filii Aaron, sacerdotis.
9. Filiis autem Caath non dedit plaustra et boves, quia in Sanctuario serviunt, et opera propriis portant homeris.
10. Igitur obtulerunt duces in dedicationem altaris, die quâ unctum est, oblationem suam ante altare.
11. Dixitque Dominus ad Moysen: Singuli duces per singulos dies offerant munera in dedicationem altaris.
12. Primo die, obtulit oblationem suam Nabasson, filius Aminadab, de tribu Juda:
13. Fueruntque in eâ, acetabulum argenteum pondus centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos, juxta pondus sanctuarii, utrumque plenum similâ conspersâ oleo in sacrificium;
14. Mortarium aureum habentem decem siclos, plenum incenso;
15. Bovem de armento, et arietem, et agnum anniculum in holocaustum;
16. Hircumque pro peccato;
17. Et in sacrificio pacificorum boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Nabasson, filii Aminadab.
18. Secundo die, obtulit Nathanael, filius Suar, dux de tribu Issachar,
19. Acetabulum argenteum habentem centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta

sacerdote, se cum totâ familiâ in terram prosternunt, ab eoque benedictionem supplices efflagitant. Ita à sanctis Patribus et anachoretis olim Christiani, etiam principes, benedictionem postulabant, magnamque ejus fructum experiebantur. Ita denique Christus, summus sacerdos, ascendens in cælum suis benedixit, Lucae c. ult. v. 34. Plura de hæc Pontificum benedictione dixi Eccles. 56, v. 19.

CHAPITRE VII.

1. Lorsque Moïse eut achevé le tabernacle et qu'il l'eut dressé, oint et sanctifié, avec tous ses vases, ainsi que l'autel avec tous ses vases,
2. Les princes d'Israël et les chefs des familles dans chaque tribu, qui commandaient à tous ceux dont on avait fait le dénombrement,
3. Offrirent leurs présents devant le Seigneur: savoir: six chariots couverts, avec douze bœufs. Deux chefs offrirent un chariot, et chacun d'eux un bœuf, et ils les présentèrent devant le tabernacle.
4. Alors le Seigneur dit à Moïse:
5. Recevez d'eux ces chariots pour les employer au service du tabernacle, et vous les donnerez aux Lévités, afin qu'ils s'en servent selon les fonctions et le rang de leur ministère.
6. Moïse ayant donc reçu les chariots et les bœufs, les donna aux Lévités.
7. Il donna aux fils de Gerson deux chariots et quatre bœufs, selon le besoin qu'ils en avaient.
8. Et parce que les fils de Mérari avaient des fardeaux plus grands à porter, et qu'ils étaient en plus petit nombre, il donna aux fils de Mérari les quatre autres chariots et les huit bœufs pour s'en servir à toutes les fonctions de leurs charges, sous les ordres d'Itamar, fils d'Aaron, grand-prêtre.
9. Pour ce qui est de Caath, il ne leur donna point de chariots ni de bœufs, parce qu'ils servent en ce qui regarde le sanctuaire, et qu'ils portent eux-mêmes leurs charges sur leurs épaules.
10. Les chefs firent donc ainsi leurs oblations devant l'autel, pour la dédicace de l'autel, au jour qu'il fut consacré par l'unction.
11. Et le Seigneur dit à Moïse: Que chacun des chefs offre chaque jour ses présents pour la dédicace de l'autel.
12. Le premier jour, Nabasson, fils d'Aminadab, de la tribu de Juda, offrit son oblation:
13. Et son présent fut un plat d'argent du poids de cent trente siclos, et un vase d'argent de soixante-dix siclos, au poids du sanctuaire, tous deux pleins de farine mêlée avec de l'huile pour le sacrifice;
14. Un petit vase d'or, du poids de dix siclos, plein d'encens;
15. Un bœuf pris du troupeau, un bélier et un agneau d'un an pour l'holocauste;
16. Un bouc pour le péché;
17. Et pour le sacrifice des pacifiques, deux bœufs, cinq béliers, cinq boucs et cinq agneaux d'un an. Ce fut la l'offrande de Nabasson, fils d'Aminadab.
18. Le second jour, Nathanaël, fils de Suar, chef de la tribu d'Issachar,
19. Offrit un plat d'argent de cent trente siclos, et un vase d'argent de soixante-dix siclos, au poids du

- siclos, ad pondus sanctuarii, utrumque plenum similâ conspersâ oleo in sacrificium:
20. Mortarium aureum habentem decem siclos, plenum incenso;
 21. Bovem de armento, et arietem, et agnum anniculum in holocaustum;
 22. Hircumque pro peccato;
 23. Et in sacrificio pacificorum, boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque; hæc fuit oblatio Nathanael, filii Suar.
 24. Tertio die, princeps filiorum Zabulon, Eliab, filius Helon,
 25. Obtulit acetabulum argenteum habentem centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii, utrumque plenum similâ conspersâ oleo in sacrificium;
 26. Mortarium aureum habentem decem siclos, plenum incenso;
 27. Bovem de armento, et arietem, et agnum anniculum in holocaustum;
 28. Hircumque pro peccato;
 29. Et in sacrificio pacificorum boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque; hæc est oblatio Eliab, filii Helon.
 30. Die quarto, princeps filiorum Ruben, Elisur, filius Sedeur.
 31. Obtulit acetabulum argenteum habentem centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos, ad pondus sanctuarii, utrumque plenum similâ conspersâ oleo in sacrificium;
 32. Mortarium aureum habentem decem siclos, plenum incenso;
 33. Bovem de armento, et arietem, et agnum anniculum in holocaustum;
 34. Hircumque pro peccato;
 35. Et in hostias pacificorum, boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque; hæc fuit oblatio Elisur, filii Sedeur.
 36. Die quinto, princeps filiorum Simeon, Salamiel, filius Surisaddai,
 37. Obtulit acetabulum argenteum habentem centum triginta siclos, ad pondus sanctuarii, utrumque plenum similâ conspersâ oleo in sacrificium;
 38. Mortarium aureum habentem decem siclos, plenum incenso;
 39. Bovem de armento, et arietem, et agnum anniculum in holocaustum;
 40. Hircumque pro peccato;
 41. Et in hostias pacificorum, boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque; hæc fuit oblatio Salamiel, filii Surisaddai.
 42. Die sexto, princeps filiorum Gad, Eliasaph, filius Ducl,
 43. Obtulit acetabulum argenteum habentem centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos, ad pondus sanctuarii, utrumque plenum similâ conspersâ oleo in sacrificium;

- sanctuaire, tous deux pleins de farine mêlée avec l'huile, pour le sacrifice;
20. Un petit vase d'or du poids de dix siclos, plein d'encens;
 21. Un bœuf du troupeau, un bélier et un agneau d'un an pour l'holocauste;
 22. Un bouc pour le péché;
 23. Et pour le sacrifice des pacifiques, deux bœufs, cinq béliers, cinq boucs et cinq agneaux d'un an. Ce fut la l'offrande de Nathanaël, fils de Suar.
 24. Le troisième jour, Eliab, fils d'Helon, prince des enfants de Zabulon,
 25. Offrit un plat d'argent, pesant cent trente siclos, et un vase d'argent de soixante-dix siclos, au poids du sanctuaire, tous deux pleins de farine mêlée avec l'huile pour le sacrifice;
 26. Un petit vase d'or, du poids de dix siclos, plein d'encens;
 27. Un bœuf du troupeau, un bélier, et un agneau d'un an pour l'holocauste;
 28. Un bouc pour le péché;
 29. Et pour le sacrifice des pacifiques, deux bœufs, cinq béliers, cinq boucs et cinq agneaux d'un an. Ce fut la l'offrande d'Eliab, fils d'Helon.
 30. Le quatrième jour, Elisur, fils de Sedeur, prince des enfants de Ruben,
 31. Offrit un plat d'argent qui pesait cent trente siclos, et un vase d'argent de soixante-dix siclos, au poids du sanctuaire, tous deux pleins de farine mêlée avec l'huile pour le sacrifice;
 32. Un petit vase d'or, du poids de dix siclos, plein d'encens;
 33. Un bœuf du troupeau, un bélier, et un agneau d'un an pour l'holocauste;
 34. Un bouc pour le péché;
 35. Et pour les hosties des pacifiques, deux bœufs, cinq béliers, cinq boucs et cinq agneaux d'un an. Ce fut la l'offrande d'Elisur, fils de Sedeur.
 36. Le cinquième jour, Salamiel, fils de Surisaddai, prince des enfants de Simeon,
 37. Offrit un plat d'argent, qui pesait cent trente siclos, et un vase d'argent de soixante-dix siclos, au poids du sanctuaire, tous deux pleins de farine mêlée avec l'huile pour le sacrifice;
 38. Un petit vase d'or, du poids de dix siclos, plein d'encens;
 39. Un bœuf du troupeau, un bélier, et un agneau d'un an pour l'holocauste;
 40. Un bouc pour le péché;
 41. Et pour les hosties des pacifiques, deux bœufs, cinq béliers, cinq boucs et cinq agneaux d'un an. Ce fut la l'offrande de Salamiel, fils de Surisaddai.
 42. Le sixième jour, Eliasaph, fils de Ducl, prince des enfants de Gad,
 43. Offrit un plat d'argent, qui pesait cent trente siclos, et un vase d'argent de soixante-dix siclos, au poids du sanctuaire, tous deux pleins de farine mêlée avec l'huile pour le sacrifice;

44. Mortariolum aureum appendens decem siclos, plenum incenso :
45. Bovem de armento, et arietem, et agnum anniculum in holocaustum :
46. Hircumque pro peccato :
47. Et in hostias pacificorum, boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque; hæc fuit oblatio Eliasaph, filii Duel.
48. Die septimo, princeps filiorum Ephraim, Elisama, filius Ammiud,
49. Offrit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos, ad pondus sanctuarii, utrumque plenum similâ conspersâ oleo in sacrificium :
50. Mortariolum aureum appendens decem siclos, plenum incenso :
51. Bovem de armento, et arietem, et agnum anniculum in holocaustum ;
52. Hircumque pro peccato :
53. Et in hostias pacificorum, boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque; hæc fuit oblatio Elizama, filii Ammiud.
54. Die octavo, princeps filiorum Manasse, Gamaliel, filius Phadassar,
55. Offrit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos, ad pondus sanctuarii, utrumque plenum similâ conspersâ oleo in sacrificium :
56. Mortariolum aureum appendens decem siclos, plenum incenso :
57. Bovem de armento, et arietem, et agnum anniculum in holocaustum ;
58. Hircumque pro peccato :
59. Et in hostias pacificorum boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque; hæc fuit oblatio Gamaliel, filii Phadassar.
60. Die nono, princeps filiorum Benjamin, Abidan, filius Gedeonis,
61. Offrit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos, ad pondus sanctuarii, utrumque plenum similâ conspersâ oleo in sacrificium ;
62. Et mortariolum aureum appendens decem siclos, plenum incenso :
63. Bovem de armento, et arietem, et agnum anniculum in holocaustum :
64. Hircumque pro peccato :
65. Et in hostias pacificorum boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque; hæc fuit oblatio Abidan, filii Gedeonis.
66. Die decimo, princeps filiorum Dan, Abiezer, filius Ammisaddai,
67. Offrit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos, ad pondus sanctuarii, utrumque plenum similâ conspersâ oleo in sacrificium.

44. Un petit vase d'or, du poids de dix siclos, plein d'encens ;
45. Un bœuf du troupeau, un bœlier, et un agneau d'un an pour l'holocauste ;
46. Un bouc pour le péché ;
47. Et pour les hosties des pacifiques, deux bœufs, cinq bœliers, cinq boucs et cinq agneaux d'un an. Ce fut là l'offrande d'Eliasaph, fils de Duel.
48. Le septième jour, Elisama, fils d'Ammiud, prince des enfants d'Ephraim,
49. Offrit un plat d'argent, qui pesait cent trente siclos, et un vase d'argent de soixante-dix siclos, au poids du sanctuaire, tous deux pleins de farine mêlée avec l'huile pour le sacrifice ;
50. Un petit vase d'or, du poids de dix siclos, plein d'encens ;
51. Un bœuf du troupeau, un bœlier, et un agneau d'un an pour l'holocauste ;
52. Un bouc pour le péché ;
53. Et pour les hosties des pacifiques, deux bœufs, cinq bœliers, cinq boucs et cinq agneaux d'un an. Ce fut là l'offrande d'Elisama, fils d'Ammiud.
54. Le huitième jour, Gamaliel, fils de Phadassar, prince des enfants de Manasse,
55. Offrit un plat d'argent, qui pesait cent trente siclos, et un vase d'argent de soixante-dix siclos, au poids du sanctuaire, tous deux pleins de farine mêlée avec l'huile pour le sacrifice ;
56. Un petit vase d'or, du poids de dix siclos, pleins d'encens ;
57. Un bœuf du troupeau, un bœlier et un agneau d'un an pour l'holocauste ;
58. Un bouc pour le péché ;
59. Et pour les hosties des pacifiques, deux bœufs, cinq bœliers, cinq boucs et cinq agneaux d'un an. Ce fut là l'offrande de Gamaliel, fils de Phadassar.
60. Le neuvième jour, Abidan, fils de Gédéon, prince des enfants de Benjamin,
61. Offrit un plat d'argent, qui pesait cent trente siclos, et un vase d'argent de soixante-dix siclos au poids du sanctuaire, tous deux pleins de farine mêlée avec l'huile pour le sacrifice ;
62. Un petit vase d'or, du poids de dix siclos, plein d'encens ;
63. Un bœuf du troupeau, un bœlier et un agneau d'un an pour l'holocauste ;
64. Un bouc pour le péché ;
65. Et pour les hosties des pacifiques, deux bœufs, cinq bœliers, cinq boucs et cinq agneaux d'un an. Ce fut là l'offrande d'Abidan, fils de Gédéon.
66. Le dixième jour, Abiezer, fils d'Ammisaddai, prince des enfants de Dan,
67. Offrit un plat d'argent qui pesait cent trente siclos, et un vase d'argent de soixante-dix siclos, au poids du sanctuaire, tous deux pleins de farine mêlée avec l'huile pour le sacrifice ;

68. Mortariolum aureum appendens decem siclos, plenum incenso :
69. Bovem de armento, et arietem et agnum anniculum in holocaustum :
70. Hircumque pro peccato :
71. Et in hostias pacificorum boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque; hæc fuit oblatio Abiezer, filii Ammisaddai.
72. Die undecimo, princeps filiorum Aser, Phégiel, filius Ochran,
73. Offrit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos, ad pondus sanctuarii, utrumque plenum similâ conspersâ oleo in sacrificium :
74. Mortariolum aureum appendens decem siclos, plenum incenso :
75. Bovem de armento, et arietem, et agnum anniculum in holocaustum ;
76. Hircumque pro peccato :
77. Et in hostias pacificorum boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque; hæc fuit oblatio Phégiel, filii Ochran.
78. Die duodecimo, princeps filiorum Nephthali, Ahira, filius Ean,
79. Offrit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos, ad pondus sanctuarii, utrumque plenum similâ oleo conspersâ in sacrificium :
80. Mortariolum aureum appendens decem siclos, plenum incenso :
81. Bovem de armento, et arietem, et agnum anniculum in holocaustum ;
82. Hircumque pro peccato :
83. Et in hostias pacificorum boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque; hæc fuit oblatio Ahira, filii Ean.
84. Hæc in dedicatione altaris oblata sunt à principibus Israel, in die quâ consecratum est : acetabula argentea duodecim, phialæ argenteæ duodecim, mortariola aurea duodecim :
85. Ita ut centum triginta siclos argenti haberet unum acetabulum, et septuaginta siclos haberet una phiala : id est, in commune vasorum omnium ex argento sicli duo milia quadringenti, pondere sanctuarii :
86. Mortariola aurea duodecim plena incenso, denos siclos appendentiâ pondere sanctuarii, id est, simul auri sicli centum viginti :
87. Boves de armento in holocaustum duodecim, arietes duodecim, agni anniculi duodecim et libamenta eorum : hirci duodecim pro peccato.
88. In hostias pacificorum, boves viginti quatuor, arietes sexaginta, hirci sexaginta, agni anniculi sexaginta. Hæc oblata sunt in dedicatione altaris, quando unctum est.
89. Cumque ingrederetur Moyses tabernaculum fœderis, ut consuleret oraculum, audiebat vocem loquentis ad se de propitiatorio, quod erat super arcam testimonii inter duos cherubim, unde et loquebatur ei.

68. Un petit vase d'or, du poids de dix siclos, plein d'encens ;
69. Un bœuf du troupeau, un bœlier et un agneau d'un an pour l'holocauste ;
70. Un bouc pour le péché ;
71. Et pour les hosties des pacifiques, deux bœufs, cinq bœliers, cinq boucs et cinq agneaux d'un an. Ce fut là l'offrande d'Abiezer, fils d'Ammisaddai.
72. L'onzième jour, Phégiel, fils d'Ochran, prince des enfants d'Aser,
73. Offrit un plat d'argent qui pesait cent trente siclos, et un vase d'argent de soixante-dix siclos, au poids du sanctuaire, tous deux pleins de farine mêlée avec de l'huile pour le sacrifice ;
74. Un petit vase d'or, du poids de dix siclos, plein d'encens ;
75. Un bœuf du troupeau, un bœlier et un agneau d'un an pour l'holocauste ;
76. Un bouc pour le péché ;
77. Et pour les hosties des pacifiques, deux bœufs, cinq bœliers, cinq boucs et cinq agneaux d'un an. Ce fut là l'offrande de Phégiel, fils d'Ochran.
78. Le douzième jour, Ahira, fils d'Ean, prince des enfants de Nephthali,
79. Offrit un plat d'argent qui pesait cent trente siclos, et un vase d'argent de soixante-dix siclos, au poids du sanctuaire, tous deux pleins de farine mêlée avec de l'huile pour le sacrifice ;
80. Un petit vase d'or du poids de dix siclos, plein d'encens ;
81. Un bœuf du troupeau, un bœlier et un agneau d'un an pour l'holocauste ;
82. Un bouc pour le péché ;
83. Et pour les hosties des pacifiques deux bœufs, cinq bœliers, cinq boucs et cinq agneaux d'un an. Ce fut la l'offrande d'Ahira, fils d'Ean.
84. Voilà donc tout ce qui fut offert par les princes d'Israël à la dédicace de l'autel, au jour qu'il fut consacré : douze plats d'argent, douze vases d'argent, et douze petits vases d'or :
85. Chaque plat d'argent pesant cent trente siclos, et chaque vase soixante-dix : en sorte que tous les vases d'argent pesaient ensemble deux mille quatre cents siclos, au poids du sanctuaire ;
86. Douze petits vases d'or, pleins d'encens, dont chacun pesait dix siclos, au poids du sanctuaire, et qui faisaient tous ensemble six vingt siclos d'or :
87. Douze bœufs du troupeau pour l'holocauste ; douze bœliers, douze agneaux d'un an, avec leurs oblations de liqueurs, et douze boucs pour le péché :
88. Et pour les hosties des pacifiques, vingt-quatre bœufs, soixante bœliers, soixante boucs, soixante agneaux d'un an. Ce sont là les offrandes qui furent faites à la dédicace de l'autel, lorsqu'il fut oint et sacré.
89. Et quand Moïse entra dans le tabernacle de l'alliance pour consulter l'oracle, il entendait la voix de celui qui lui parlait du propitiatoire, qui était au-dessus de l'arche du témoignage entre les deux cherubins, d'où il parlait à Moïse.

VERS. 1. — FACTUM EST AUTEM IN DIE QUAE PERVIIT MOYSES TABERNACULUM, ET EREXIT ILLEUD, NON PER SE, SED PER BESELEET ET SOCIOS EJUS: UNDE PATEL HIC ESSE HYSTERON PROTERON. Oblatio enim principum, qua hoc capite narratur, facta est ante censum populi, qui descriptus est c. 1. Nam erectio et consecratio tabernaculi expleta fuit die primâ mensis primi anni secundi, ut patet Exodi 40, 18. Eademque die facta est consecratio Aaronis pontificis, et filiorum ejus sacerdotum, ut patet ex eodem cap. Exodi. Eadem quoque die cepit oblatio principum, in tabernaculo jam erecto facta, ut hie dicitur. Ergo juxta historice ordinem caput hoc proximè subnectendum fuisse Exodo. Quare hie non tam historice quam materie spectatur ordo: cum enim Moses tabernaculum et altaria descripsisset in Exodo, subterxit in Levitico descriptionem sacrificiorum, consecrationes sacerdotum, eorumque functiones obundas in tabernaculo ejusque altaribus: deinde in Numeris subjunxit censum populi, et Levitarum, ut eorum ministeria distingueret, mox Nazarorum ritum et oblationem: erant enim Nazarei Deo consecrati, sicuti sacerdotes et Levite; ac demum occasione oblationum Nazareis prescriptarum apposuit transit, imò redit ad oblationem principum, licet ea multo ante esset facta. Simile hysteron proteron videbimus duobus cap. sequent. Quod ergo R. Salomon, et ex eo Lyranus, ponunt duplicem tabernaculi erectionem, unam quotidianam, que quotidie facta sit primis septem diebus consecrationis sacerdotum; alteram stabilem, et permanentem, que facta sit octavo die à primâ erectione tabernaculi, quo finiebatur consecratio sacerdotum: itaque ab hac stabili, puta ab octavo die inchoandam esse hanc duodecim principum oblationem; hoc, inquam, commentitium videtur, et S. Scripturæ hoc loco repugnat. Illa enim quotidiana tabernaculi erectio frustranea fuisset et permolesta: imò in tot tabulis, columnis et certis penè impossibilibus, ut rectè ostendit Abulensis. Objicit Lyranus: Ante octavum diem necdum peracta erat consecratio Aaronis et filiorum sacerdotum: ergo primis septem diebus, victimas principum immolare debuit Moses, non Aaron, nec filii ejus, utpote quorum consecratio nondum esset peracta: atqui Moses solus id facere non potuit; quisque enim principes quotidie offerebat viginti et unam victimas immolandas. Respondo: Primis septem diebus Moses solus immolabat, id est, mactabat et jugulabat victimas, quod facile ipse solus facere poterat: Aaron verò et filii, post immolationem victimæ, eam exorciabant, concidebant, lavabant, aræ imponebant. Hæc enim facere quoque poterant Levite tunc, cum ad ea non sufficerent sacerdotes, ut patet 2 Paral. 29, 34.

Nota. Cum duodecim essent principes 12 tribuum, hæc eorum oblatio duravit per totidem dies; quolibet enim die unus princeps sua dona offerebat. Primis ergo septem diebus, cum Aaronis et filiorum consecratio nondum erat perfecta, Moses per se obtulit septem principum sacrificia: in die autem octavo, cum obtulit principes filiorum Manasse, scilicet Gamaliel, tunc

Aaron, utpote jam consecratus pontifex tam ejus, quam quatuor principum sequentium reliquorum sacrificia obtulit. Ita Abulensis.

VERS. 2. — OBTULERUNT PRINCIPES ISRAEL, ETC., P. REFECTIQUE EORUM QUI NUMERATI FUERANT, Q. D.: OBTULERUNT 12 principes, qui erant prefacti duodecim tribuum, puta Israelitarum omnium, qui recensiti et numerati fuerant, non hie cap. 1 (illa enim numeratio posterior fuit hæc principum oblatio; uti jam dixi), sed antè, nimirum in priori censu populi, qui factus est Exod. 58, v. 25. Hi ergo 12 principes, sive prefacti obtulerunt simul primâ die Domino, ad vasa tabernaculi per desertum subvehenda, SEX PLAUSTRA TECTA. Tecta, ne videlicet vasa hæc sacra conspici possent à populo; neve læderentur ab imbre, grandine, etc.

VERS. 3. — CUM DUODECIM BOVES. Quotique enim plaustrum à duobus bobus trahebatur. Bobus enim et asinis, potius quam equis usi sunt Judei, uti dixi Exodi 15, 15.

UNUM PLAUSTRUM OBTULERE DUO DUCES, DUO PRINCIPES cum enim oblata fuerint sex plaustra à duodecim principibus, sequitur duos principes quosque obtulisse unum plaustrum. Boves verò singuli, utpote duodecim, à singulis principibus oblati sunt.

VERS. 8. — QUATUOR ALIA PLAUSTRA, ET OCTO BOVES DEDIT FILIUS MERARI, quia hi graviora habebant onera, videlicet columbarum omnium, præter alia onera tabularum, basium, etc., adde ut Abulensis patet, omnia eorum onera non potuisse hie quatuor plaustris imponi, sed quædam ab eis debuisse portari. Vide dicta Exodi 58, in fine.

CULTUM, id est, ministerium; hoc enim est hebr. *aboda*.

Sub manu (sub curâ, potestate et prefecturâ) ITHAMAR, q. d.: Ithamar præerat Gersonitis et Meraritis, eorumque vasis.

VERS. 9. — FILIUS AUTEM CAATH NON DEDIT PLAUSTRA ET BOVES, quia IN SANCTUARIO SERVIVIT. In Sanctuario, id est, in Sancto, et in Sancto sanctorum, q. d.: Caath servavit Sancto et Sancto sanctorum, custodiendo nimirum vasa que erant in Sancto et in Sancto sanctorum; quare hæc vasa non in plaustris, sed in humeris eorum portari volo, itaque ob vasorum sanctitatem et reverentiam.

VERS. 11. — SINGULI DUCES (principes tribuum) PER SINGULOS DIES OFFERANT KUNERA IN DEDICATIONE ALTARIS, holocaustorum scilicet, quod præter unctionem cum aliis tabernaculi vasis communem, habebat aliam specialem dedicationem per septem dies, videlicet quotidianam unctionem et sacrificia, Exodi, 29, v. 36 et 37 prescripta. Unde ut quotidie in tabernaculi quidem totius, sed maxime altaris hujus dedicationem offerebant principes vicissim et virum sua munera. Cœpit ergo hæc oblatio primâ die erectionis et consecrationis tabernaculi, et duravit per 12 dies. Duodecim enim erant principes offerentes, ex quibus quotidie unus sua dona offerebat. Nam dona communia, puta sex plaustra et duodecim boves, primo die omnes prin-

pes simul obtulerunt. Porrò hi principes sua dona obtulerunt eo ordine, qui erat in ipsis castris et vexillis, Num. 2, unde primo die, obtulit princeps tribus Juda, secundo, princeps Issachar, tertio, princeps Zabulon, et ita deinceps. Denique obtulerunt eadem munera, ne qua inter eos oriretur aemulatio vel ambitio.

Nota. Jussit Deus principibus, nomine tribuum suarum, hæc dona offerre. Primò, ut in eis aceret studium religionis et sacrorum. Secundo, ut ostenderet laicos et populum jure naturæ et divino obligari ad victimas hæc, et ad sumptus tam tabernaculo, quam sacerdotibus alendis necessarios præstandos. Sacerdotes enim nomine totius populi sacra munia obstant: quare ab eis ali, omnesque sumptus Dei cultui necessarios accipere debebant. Denique ut doceret, principes maxime decere liberalitatem. Artaxerxes Longimanus dictus, ex quò alteram manum haberet longiorem, dicebat: *Magis regum esse addere quam detrabere*. Longimani ergo in dando sint reges et principes. Hæc de causâ Hebræi principes vocant *nedibim*, à radice *nadab*, id est, spontaneus, ultroneus, liberalis fuit. *Nedibim* ergo idem est quod *spontaneus*, id est, benefici. Et hoc est quod ait Christus Lucae 22, 23: *Reges gentium dominantur eorum: et qui potestatem habent super eos, benefici vocantur*. Benefici, hebræicè *nedibim*, id est, principes: quia eos maxime decet beneficentia. Ita Ptolomæus Ægypti rex cognominatus est Euergetes, id est, beneficius, ex quò idola patria à Canybe ablata, armis in Ægyptum reportasset.

VERS. 14. — MORTARIOLUM. Hebr. est *capf*, quod noster interpres alibi *phialam* vertit: sed quia alia vox, que *phialam* significat, hic præcessit, hinc noster *capf* vertit *mortariolum*, quasi dicas, parvam phialam ad capiendum incensum. *Capf* enim significat parvum vas curvum et concavum (*cephale* enim significat curvare) in quo thus, vel incensum, aut aliud hujusmodi ponebatur. Ita Vatabl. et alii.

VERS. 15. — BOVEM DE ARMENTO. Nota. Præter vasa, quisque princeps obtulit 21 victimas, easque omnis generis, scilicet bovem, arietem et agnum in holocaustum; hircum pro peccato; pro pacificis verò duos boves, arietes quinque, hircos quinque et agnos quinque: quas primis septem diebus immolavit Moses; octavo verò die, Aaron cepit fungi sacerdotio, immolavitque victimas octavi principis. Eadem die Aaron immolavit quoque populi victimas, quas scilicet populus offerebat ob novam consecrationem sacerdotum. Eadem quoque die venit ignis de celo, quia sacrificia Aaronis absumpsit. Eadem denique die occisi sunt Nadab et Abiu. Levit. 9 et 10.

VERS. 18. — SECUNDO DIE OBTULIT NATHANAEEL. Obtulit, eadem, sive talia, qualia prima die obtulerat Nahasson: que more hebræo hic fusè per singulos principes recensentur et repetuntur. Unde Hebræi in suo textu hie non substituant puncta, utpote que se melius initio in primâ Nahasson oblatione substituerunt. Sic videmus in Exodo, omnia que in fabrica tabernaculi jussa sunt fieri c. 25, 26, 27, 28, fusè repeti et narrari tanquam jam facta c. 36, 37, 38, 39. Idem re-

petendi mos est apud Orientales, Moscovicis et alias gentes.

VERS. 84. — HEC IN DEDICATIONE ALTARIS OBLATA SUNT A PRINCIPIBUS, IN DIE QUAE CONSECRATUM EST. In die, id est, in tempore consecrationis, vel in die oblata sunt, id est, offerri cœperunt: nam oblatio hæc duravit per duodecim dies, consecratio verò altaris primo die peracta est.

VERS. 89. — CUMQUE INGREDERETUR MOYSES TABERNACULUM PREDICIS, UT CONSULERET ORACULUM, scilicet Dei sedentis in Sancto sanctorum, super propitiatorium. Hinc patet, Mosi in dubiis semper patuisse accessum ad Sanctum sanctorum, cum aliis pontifici tantum semel in anno pateret altius ad Sanctum sanctorum, nimirum in die expiationis. Erat enim Moses legislator et legatus assiduus Dei ad populum: unde Deus humanæ et sensibili voce, manante ex propitiatorio, cum Moese loquebatur, uti hie dicitur. Hæc re significabat Deus, principes, prelatos et pastores, ut bene populum regant, debere sæpè recurrere ad Deum per orationem, ut ab eo in dubiis edocentur. Ita enim Moses recurtebat ad oraculum, ut docet S. Gregor. p. 2 Pastor. cap. 5. Sic Minos legislator et rex Cretensium novem annis Jovis vitæ collocatur, ait Plato, hoc enim de eo fluxerunt Gentiles. Refert Plutarch. in Convivio septem sapientium, eos inter se quassisse: *Quis bonus ac beatus foret princeps? primus Solon*, ait, *respondit: Qui unius imperium in populum reipub. statum civibus convertit*. Subjecti Bias: *qui primus parat legibus patriæ*. Tertius Thales: *qui solus ordine senex moritur*. Quartus Anacharsis: *qui natura est prudens*. Quintus Cleobulus: *qui familiarium nemini fidit*. Sextus Pittacus: *qui subditos ita conducit ut non ipsum, sed ipsius causâ metuant*. Ulimus Chilo optimi: *qui nihil mortale, sed omnia immortalia meditantur*. Hoc didicit Moses assidue versans cum Deo in tabernaculo. Itâ B. Thomas Morus, sapientissimus et rectissimus Angliæ cancellarius, quotidie multum temporis orationi, pie lectoni et meditationi colloquens cum Deo tribuebat: adeoque cum negotium aliquod arduum tractandum erat, sumebat S. Synaxin, ut ex eâ quasi oraculo dirigeretur, et corroboraretur ad rem illam ritè et fideliter ex Dei lege et mente perficiendam; testis est Stapleton, in Vita Mori. Porro, ut qui sanctuarium et oraculum Dei adeat, tres obices removendi sunt. Tria sunt, ait S. Bern. serm. 5 de Assump. B. Virginis, *que oculum intelligentiæ confundunt, atque à contemplatione veri luminis excludunt: tenebræ scilicet peccatorum, recordatio eorumdem, et cura terrenorum affectuum*. Contra triplicem hunc morbum triplex est remedium. Nam primus per confessionem, secundus per orationem, tertius per quietem curatur.

Idem. serm. 25 in Cantic. *In hoc arcum, ait, et in hoc sanctuarium Dei (orationis scilicet et contemplationis) si quem forte vestrum aliquâ horâ sic rapi, et sic abscondi contigerit, ut minime avocet aut perturbet vel sensus agens, (ut in agro), vel cura pungens, vel culpa mordens, vel ea certe que difficultus avertunt, irremedium imaginum corporumphantasmata, poterit hic*

quidem cum ad nos redierit gloriari, et dicere: Introduxi me rex in cubiculum suum. Unde Cassian. colat. 10. c. 9 et 15, monet, ut quales orantes volumus inveniri, tales simus ante tempus orandi: necesse est enim mentem in tempore supplicationis suae, de statu

CAPUT VIII.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:
2. Loquere Aaron, et dices ad eum: Cum posueris septem lucernas, candelabrum in australi parte erigatur. Hoc igitur praecipit ut lucerne contra boream est regione respiciant ad mensam panum propositionis, contra eam partem quam candelabrum respicit, lucere debeant.

5. Fecitque Aaron, et imposuit lucernas super candelabrum, ut praeeperat Dominus Moysi.

4. Haec autem erat factura candelabri, ex auro ductili, tam medius stipes, quam cuncta quae ex utroque calamarum latere nascebantur: juxta exemplum quod ostendit Dominus Moysi, ita operatus est candelabrum.

5. Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens:

6. Tolle Levitas de medio filiorum Israel, et purificabis eos

7. Juxta hunc ritum: Aspergantur aqua lustrationis et radant omnes pilos carnis suae. Cùmque laverint vestimenta sua, et mundati fuerint,

8. Tollent bovem de armentis, et libamentum ejus armento oleo conspersam: bovem autem alterum de armento tu accipies pro peccato;

9. Et applicabis Levitas coram tabernaculo foederis, convocati omni multitudine filiorum Israel.

10. Cùmque Levite fuerint coram Domino, ponent filii Israel manus suas super eos,

11. Et offeret Aaron Levitas munus in conspectu Domini a filiis Israel, ut serviant in ministerio ejus.

12. Levitæ quoque ponent manus suas super capita bovum, et quibus unum facies pro peccato, et alterum in holocaustum Domini, ut depreceris pro eis.

13. Stantesque Levitas in conspectu Aaron et filiorum ejus, et consecrabis oblatos Domino.

14. Ac separabis de medio filiorum Israel, ut sint mei;

15. Et postea ingredientur tabernaculum foederis, ut serviant mihi. Sicque purificabis et consecrabis eos in oblationem Domini: quoniam dono donati sunt mihi a filiis Israel.

16. Pro primogenitis quae aperiunt omnem vulvam in Israel, accipi eos.

17. Mea sunt enim omnia primogenita filiorum Israel, tam ex hominibus, quam ex jumentis. Ex die quo percussit omne primogenitum in terra Egypti, sanctificavi eos mihi:

18. Et tuli Levitas pro cunctis primogenitis filiorum Israel,

19. Tradidique eos dono Aaron et filiis ejus de medio populi, ut serviant mihi pro Israel in tabernaculo foederis, et orent pro eis, ne sit in populo plaga, si ausi fuerint accedere ad sanctuarium.

praesenti formari. Cùm enim, ut S. Greg. ait 10 Mor. 17, se mens ad studium orationis exererit, earum rerum imagines reverbata patitur, quibus libenter prius otiosa premebatur.

CHAPITRE VIII.

1. Le Seigneur parla à Moïse, et lui dit:
2. Parlez à Aaron, et dites-lui: Lorsque vous aurez placé les sept lampes, et que vous voudrez les allumer, ayez soin que le chandelier sur lequel elles seront posées, soit dressé du côté du midi, afin qu'il éclaire la partie du tabernacle qui lui est opposée. Donnez donc ordre que les lampes étant posées du côté opposé au septentrion, regardent en face la table des pains exposés devant le Seigneur, parce qu'elles doivent toujours jeter leur lumière vers cette partie qui est vis-à-vis du chandelier.

3. Aaron exécuta ce qui lui avait été dit, et il mit les lampes sur le chandelier, selon que le Seigneur l'avait ordonné à Moïse.

4. Or ce chandelier était fait de cette sorte: il était tout d'or, battu au marteau, tant la tige du milieu que les branches qui en sortaient des deux côtés; et Moïse l'avait fait selon le modèle que le Seigneur lui avait montré.

5. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit:

6. Prenez les Levites du milieu des enfants d'Israël, et purifiez-les

7. Avec ces cérémonies: Vous répandrez sur eux de l'eau d'expiation, et ils raseront tout le poil de leur corps. Et après qu'ils auront lavé leurs vêtements, et qu'ils se seront purifiés,

8. Ils prendront un bœuf du troupeau avec l'offrande de farine, moitié d'huile, qui doit l'accompagner: vous prendrez aussi un autre bœuf du troupeau pour le péché;

9. Et vous ferez approcher les Levites devant le tabernacle de l'alliance après que vous aurez fait assembler tous les enfants d'Israël.

10. Lorsque les Levites seront devant le Seigneur, les enfants d'Israël mettront les mains sur eux,

11. Et Aaron offrira les Levites comme un présent que les enfants d'Israël font au Seigneur, afin qu'ils lui rendent service dans les fonctions de son ministère.

12. Les Levites mettront aussi leurs mains sur la tête des deux bœufs, dont vous sacrificiez l'un pour le péché, et vous offrirez l'autre au Seigneur en holocauste, afin d'obtenir par vos prières que Dieu leur soit favorable.

13. Vous présenterez ensuite les Levites devant Aaron et ses fils, et vous les consacrez, après les avoir offerts au Seigneur.

14. Vous les séparerez du milieu des enfants d'Israël, afin qu'ils soient à moi;

15. Et après cela ils entreront dans le parvis du tabernacle de l'alliance pour me servir. Voilà la manière dont vous les consacrez en les offrant au Seigneur, parce qu'ils m'ont été donnés par les enfants d'Israël.

16. Je les ai reçus en la place de tous les premiers-nés d'Israël, qui sortent les premiers du sein de la mère.

17. Car tous les premiers-nés des enfants d'Israël, tant des hommes que des bêtes, sont à moi. Je me les suis consacrés au jour que je frappais dans l'Égypte tous les premiers-nés des Égyptiens.

18. Et j'ai pris moi-même les Levites pour tous les premiers-nés des enfants d'Israël.

19. Et j'en ai fait un don à Aaron et à ses fils, après les avoir tirés du milieu du peuple, afin qu'ils me servent dans le tabernacle de l'alliance en la place des enfants d'Israël, et qu'ils prient pour eux, de peur que le peuple ne soit frappé de quelque plaie, s'il ose s'approcher du sanctuaire, où je fais éclater ma gloire.

20. Feceruntque Moyses et Aaron et omnis multitudo filiorum Israel super Levitis quae praeeperat Dominus Moysi:

21. Purificati sunt, et laverunt vestimenta sua. Elevavitque eos Aaron in conspectu Domini, et oravit pro eis

22. Ut purificati ingrederentur ad officia sua in tabernaculum foederis coram Aaron et filiis ejus. Sicut praeeperat Dominus Moysi de Levitis, ita factum est.

25. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:

24. Haec est lex Levitarum: A viginti quinque annis et supra, ingredientur ut ministrent in tabernaculo foederis.

25. Cùmque quinquagesimum annum aetatis impleverint, servitio cessabunt.

26. Eruntque ministri fratrum suorum in tabernaculo foederis, ut custodiant quae sibi fuerint commodata, opera autem ipsa non faciant. Sic dispones Levitis in custodiis suis.

COMMENTARIUM.

VERS. 2. — CUM POSUERIS SEPTEM LUCERNAS, CANDELABRUM IN AUSTRALI PARTE ERIGATUR, q. d.: Candelabrum septiduo impone septem lucernas, easque accende, ipsumque candelabrum colloca in australi parte tabernaculi.

Nota. Pro posueris hebr. est *haalot*, quae vox tam elevare et imponere, quam accendere significat. Noster tamen interpretatur cum Septuag. septiduo vertit ponere, collocare, concinnare. Unde videtur, quod septem hae lucerne, sive lampades non fuerint ductiles, aut continuae ipsi candelabro, sed quod ab eo fuerint separate, ita ut ei, id est, ejus septem calamis, imponi possent, et de facto imponentur, quoties accendebantur a sacerdotibus. Commodius enim erat, ut possent eximi, ad hoc ut melius purgari, repleti et concinnari possent.

HOC Igitur praecipit, ut lucernae contra boream et regione respiciant ad mensam panum propositionis. Haec omnia non sunt in Hebraeo, sed paraphrasticè à nostro interprete ex Exodo, explicationis gratià, supplement et adduntur. In Hebraeo enim tantum est id quod sequitur, scilicet: *Contra eam partem quam candelabrum respicit, lucere debebant*, q. d.: Constitue candelabrum cum suis lucernis in australi parte tabernaculi, ita ut lumen suum ejauletur in partem borealem oppositam, in qua est mensa panum propositionis, ut eam illuminet. Haec enim est mensa in qua quasi convivatur Deus; nemo autem convivatur in tenebris, sed in lumine: tabernaculum autem undique cortinis tectum, nullamque habens fenestram, tenebrosum erat, ideoque ad illud illuminandum positum erat in eo candelabrum: ejus proinde septem lucernas Deus hic jubet obverti, non Sancto sanctorum, sed mensae panum, ita ut luceant versus eam partem, quam respicit candelabrum, id est, scapus ipse medius sive truncus candelabri; ut scilicet tam truncus hinc candelabri, quam singulae ejus lucernae, ex requo

20. Moïse et Aaron et toute l'assemblée des enfants d'Israël firent donc, touchant les Levites, ce que le Seigneur avait ordonné à Moïse:

21. Ils furent purifiés et ils lavèrent leurs vêtements; et Aaron les présenta en offrant devant le Seigneur, et pria pour eux.

22. Afin qu'ayant été purifiés, ils entrassent dans le tabernacle de l'alliance pour y faire leurs fonctions devant Aaron et ses fils. Ainsi, tout ce que le Seigneur avait ordonné à Moïse, touchant les Levites, fut exécuté.

25. Le Seigneur parla de nouveau à Moïse, et lui dit:

24. Voici la loi pour les Levites: Depuis vingt-cinq ans et au-dessus, ils entreront dans le parvis du tabernacle de l'alliance, pour se former à l'exercice de leurs fonctions, et à trente ans ils pourront s'occuper à leur ministère;

25. Et lorsqu'ils auront cinquante ans accomplis, ils ne serviront plus.

26. Ils aideront seulement leurs frères, en demeurant dans le parvis du tabernacle de l'alliance, pour garder ce qui leur a été confié, mais ils ne feront plus leurs actions ordinaires, qui sont trop pénibles et qui demandent plus de force qu'on n'en a ordinairement à cet âge. C'est ainsi que vous réglerez les Levites touchant les fonctions de leurs charges.

respiciant hanc mensam, quo melius et copiosius eam illuminent.

VERS. 5. — FECITQUE AARON, ET IMPOSUIT LUCERNAS SUPER CANDELABRUM. Imposuit et accendit lucernas Aaron octavo die, cum jam perfecta esset ejus consecratio: nam primis septem diebus, Moses tam lucernas has imposuit et accendit, quam adolevit thymiana, et sacrificavit, ut dixi c. 7.

Hinc patet hic etiam esse hysteron proteron: nec enim hae hoc loco ordine historico recensentur: quia secundum illum ponenda fuissent Levitici 9. Ibi enim primitias suas celebrat Aaron, quarum pars erat hae lucernarum accensio et compositio. Verum quia ibi ferè de sacrificiis agitur, hinc in hunc locum, post oblationem principum, quae simul ferè contigit, rejecta sunt.

VERS. 4. — EX AURO DUCTILI (ERAT) TAM MEDIUS STIPES, QUAM CUNCTA QUAE EX UTROQUE CALAMORUM LATERE NASCEBANTUR, q. d.: Candelabrum non erat per fragmenta et membra compositum, et insertum sed totum erat ex auro ductili, id est, totum ex una auri massâ malleatione erat ductum; totum, inquam, id est, tam stipes, quam terni utrinque calami, et quae utrinque ex calamis nascebantur, puta flores, scyph, et sphaerulae tertio repetiti et in tres ordines distributi: hae omnia ex eodem auro erant diducta: secus erat de lucernis, ut dixi v. 2.

VERS. 6. — TOLLE LEVITAS ET PURIFICABIS EOS. Haec contigerunt simul cum electione et oblatione Levitarum loco primogenitorum Israel, de qua c. 3, 45. Tunc enim Levitæ selecti à Deo, et simul à Mose Deo Deique culti applicati sunt: sed ibi eorum electio, hic consecratio, quae tamen eodem tempore facta est, describitur.

VERS. 7. — ASPERGANTUR AQUA LUSTRATIONIS, quae mixta est cineribus vitulae rufae, de quibus cap. 19 hebr. haec aqua vocatur *aqua peccati*, id est, expiatoria peccati, per metonymiam.

Nota. Hic fuit ritus consecrationis Levitarum, ut ex textu patet. Primò, Moses aspergit eos aqua Instrationis. Secundò, raserunt ipsi omnes pilos carnis suæ. Tertio, laverunt vestes suas. Quarto, obtulerunt boves duos, unum immolandum pro peccato, alterum in holocaustum. Quintò, Moses eos stitit Deo in tabernaculo, coram toto populo. Sextò, filii Israel suas manus eis imposuerunt. Septimò, Aaron ritu *tenupha*, de quo v. 15, obtulit Levitas, quasi munus populi, Deo, ad serviendum ei in tabernaculo. Octavò, Levitæ suis bobus duobus imposuerunt manus, quos deinde Aaron immolavit orans pro Levitis.

Tropol. S. Greg. lib. 5 Mor. 25, et ex eo Rupert.: *Pili carnis, ait, sunt quælibet superflue humanæ corruptionis. Oportet ergo Levitas pilos carnis radere: quia is qui in obsequiis divinis assumitur, debet ante Dei oculos à cunctis carnis cogitationibus mundus apparere. Unde et Levitarum pili radi præcepti sunt, non ex illi: vasis enim pili in carne radices remanent, et crescant iterum, ut recedantur: quia magno quidem studio superflue cogitationes amputandæ sunt, sed tamen funditis amputari non possunt: semper enim caro superflua generat, quæ semper spiritus ferro sollicitudinis recidat.*

VERS. 8. — TOLLENT BOVES DE ARMENTIS, ut tibi, ó Moses, cum offerant immolandum in holocaustum, sicutialterum offerent, quem tu pariter ab eis accipies, immolandum pro peccato.

VERS. 10. — CUMQUE LEVITÆ FUERINT CORAM DOMINO, PONENT FILII ISRAEL MANUS SUAS SUPER EOS, ut hæc munus impositione significant et testentur, quæ Levitas contribules suos à se abdicare, et Domino quasi munus aut sacrificium offerre, in ejusque dominium et ministerium transferre. Erant enim Levitæ munus et oblatio populi, perinde ac bos erat victima. Vide dicta Levit. 4, 4. Unde sequitur:

VERS. 11. — OFFERET AARON LEVITAS. Hinc colligitur, Aaronem obtulisse et consecrâsse Levitas, non verò Mosen. Idem patet v. 21. Hæc enim consecratio Levitarum propriè ad pontificem pertinebat; pontifex autem erat Aaron. Quod ergo dicitur Mosi v. 12, *facies*, id est, immolabis, bovem pro peccato; et v. 15, *consecrabis*, intelligi, jubebis immolari et consecrari, scilicet per Aaronem. Obtulit ergo Moses Levitas Aaroni: Aaron autem obtulit et consecravit eos Deo, comprecante tamen simul Mose.

VERS. 15. — POSTEA INGREDIENTUR TABERNACULUM FODERIS. Hebr. *ingrediantur ad ministerium suum in tabernaculo foderis*, videlicet ut illud portent, ut dictum est cap. 4, nec enim aliud erat officium Levitarum: nam sacrificare, accendere lucernas, adolere thymiamam, ponere panes propositionis in mensâ, hæc, inquam, solum sacerdotum erant munia.

CONSECRABIS EOS IN OBLATIONEM. Hebr. *elevabis*, vel *agitiabis eos agitatione*, sive ritu et caeremoniâ *tenupha*, scilicet agitando, et modicè elevando eos ad quatuor

CAPUT IX.

1. Locutus est Dominus est ad Moysen in deserto Sinai, anno secundo postquam egressi sunt de terrâ Ægypti, mense primo, dicens:

plagas mundi, in modum crucis, ut significetur eos offerri Deo, qui totius mundi est dominus, de quo ritu dixi Levit. 7, 50. Hinc patet, hoc certo ritu elevatis fuisse levitas, quo et victimæ elevabantur. Idem clarissè indicat noster interpres v. 21. Hinc etiam verisimile est, non omnes Levitas hoc tempore esse consecratos, sed eos tantum, qui ipso actu tabernaculo erant deservituri: ceteros verò postea in Chanaan consecratos esse. Nam non potuisset Aaron commodè tot millia Levitarum viritum Domino hoc ritu offerre, siquidem uti consecratio sacerdotum novellorum propria et peculiaris erat singulorum capitum, ut patet Exodi 29, 29; et 2 Paralip. 29, 54, ita fuit et peculiaris singulorum Levitarum, ut patet eodem loco Paralip. Excipe tempus peregrinationis in deserto: nam uti post egressum ex Sina, nunquam deinceps in deserto sacrificatum est, ita post hæc consecrationem Levitarum, nulla fuit alia in deserto, sed succedebat Levitæ cum trigessimò annum attigissent, ad onera portanda, etiam non consecrati, quinquagenariis emeritis. Ita Abulens.

VERS. 19. — NE SIT PLAGA, q. d.: Levitæ erunt in ministerio sanctuarii, ne populus illud in se suscipere velit, itaque plectatur à me, eo quòd, cum sit laicus et profanus, sacro officio se immiscuerit contra præceptum meum.

VERS. 21. — ELEVAVITQUE EOS AARON. Hebraicè est, *agitavit eos agitatione*, vel ritu *tenupha*, de quo dixi v. 15.

VERS. 24. — A VIGINTI QUINQUE ANNIS, ET SUPRA INGREDIENTUR (LEVITÆ) ET MINISTRENT IN TABERNACULO FODERIS. Nota. Cap. 4, 5, et 1 Paralip. 25, v. 3, numerati sunt ab anno trigesimo Levitæ ii, qui propriè ministrabant tabernaculo, illudque cum suis vasis portabant, quòd ergo hic à 25 anno jubentur ingredi, ut ministrarent in tabernaculo, intelligi eos anno 25 consecratos fuisse ad hoc, ut subservirent Levitis senioribus, sequè aptarent, ut anno 50 propriè ministrarent in tabernaculo, illius vasa portando, idque usque ad annum 50. Nam post annum 50, emeriti erant in hæc militiâ tabernaculi, neque onera ferebant, sed tantum custodiebant, ut dicitur v. ult.

Porro Davidis tempore, quòd quiescerent Hebræi in Chanaan, nec amplius gravia illa tabernaculi onera per desertum Levitis essent ferenda; cumque pluribus opus esset personis ad officia janitorum, cantorum, et similibus, quæ David instituit, tunc jussit David à vigesimo ætatis anno Levitas numerari, et ministrare in tabernaculo, ut patet 1 Paralip. 25, 27.

VERS. 26. — SIC DISPONES LEVITAS IN CUSTODIIS SUIS, ut scilicet custodiant vasa tabernaculi, eâ ætate et modo, quo jam prescripti. Vocat *custodias* in plurali, quia variis familiis varia custodienda dabantur, ut plures erant custodie. Sic Franciscani in variis provinciis varias habent custodias, ut ipsi appellant.

CAPITRE IX.

1. La seconde année après la sortie du peuple hors de l'Égypte, et au premier mois, le Seigneur parla à Moïse dans le désert de Sinai, et lui dit:

2. Faciant filii Israel Phase in tempore suo,
3. Quartadecimâ die mensis hujus ad vesperam, juxta omnes caeremonias et justificationes ejus.

4. Præceptique Moyses filiis Israel ut facerent phase:

5. Qui fecerunt tempore suo, quartadecimâ die mensis ad vesperam, in monte Sinai. Juxta omnia quæ mandaverat Dominus Moysi, fecerunt filii Israel.

6. Ecce autem quidam immundi super animâ hominis, qui non poterant facere phase in die illo, accedentes ad Moysen et Aaron,

7. Dixerunt eis: Immundi sumus super animâ hominis; quare fraudamur ut non valeamus oblationem offerre Domino in tempore suo inter filios Israel?

8. Quibus respondit Moyses: Stare ut consulam quid præcipiat Dominus de vobis.

9. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:

10. Loquere filiis Israel: Homo qui fuerit immundus super animâ, sive in viâ procul in gente vestrâ, faciat phase Domino,

11. In mense secundo, quartadecimâ die mensis ad vesperam: cum azymis et lactucis agrestibus comedent illud.

12. Non reliquent ex eo quippiam usque mane, et eos ejus non confringent; omnem ritum phase observabunt.

13. Si quis autem et mundus est, et in itinere non fuit, et tamen non fecit phase, exterminabitur anima illa de populo suis, quia sacrificium Domino non obtulit tempore suo: peccatum suum ipse portabit.

14. Peregrinus quoque et advena si fuerit apud vos, facient phase Domino juxta caeremonias et justificationes ejus. Præceptum idem erit apud vos tam advenæ quam indigenæ.

15. Igitur die quâ erectum est tabernaculum, operuit illud nubes. A vespere autem super tentorium erat quasi species ignis usque mane.

16. Sic fiebat jugiter: per diem operiebat illud nubes, et per noctem quasi species ignis.

17. Cùmque ablata fuisset nubes, quæ tabernaculum protegebat, tunc proficiscebantur filii Israel: et in loco ubi stitisset nubes, ibi castrametabantur.

18. Ad imperium Domini proficiscebantur; et ad imperium illius agebant tabernaculum. Cunctis diebus quibus stabat nubes super tabernaculum, manebant in eodem loco:

19. Et si evenisset ut nullo tempore maneret super illud, erant filii Israel in excubiis Domini, et non proficiscebantur.

20. Quot diebus fuisset nubes super tabernaculum. Ad imperium Domini erigebant tentoria, et ad imperium illius deponebant.

21. Si fuisset nubes à vespere usque mane, et statim diluculo tabernaculum reliquisset, proficiscebantur: et, si post diem et noctem recessisset, dissipabant tentoria.

22. Si verò biduo aut uno mense vel longiori tempore fuisset super tabernaculum, manebant filii

2. Que les enfants d'Israël fassent la pâque au temps prescrit;

3. C'est-à-dire, le quatorzième jour de ce mois sur le soir, selon toutes les cérémonies et les ordonnances qui leur ont été mandées.

4. Moïse ordonna donc aux enfants d'Israël de faire la pâque;

5. Et ils la firent au temps qui avait été prescrit, c'est-à-dire, le quatorzième jour du mois au soir; étant campés près de la montagne de Sinai. Les enfants d'Israël firent toutes choses selon ce que le Seigneur l'avait ordonné à Moïse.

6. Or il arriva que quelques-uns qui étaient devenus impurs pour avoir approché d'un corps mort, et qui ne pouvaient pour cette raison faire la pâque en ce jour-là, vinrent trouver Aaron et Moïse,

7. Et leur dirent: Nous sommes devenus impurs parce que nous avons approché d'un corps mort; pourquoi serons-nous privés pour cela d'offrir en son temps l'oblation au Seigneur, comme tout le reste des enfants d'Israël?

8. Moïse leur répondit: Attendez que je consulte le Seigneur, pour savoir ce qu'il ordonnera de vous.

9. Le Seigneur parla ensuite à Moïse, et lui dit:

10. Dites aux enfants d'Israël: Si un homme de votre peuple est devenu impur pour avoir approché d'un corps mort, ou s'il est en voyage bien loin, qu'il fasse la pâque du Seigneur, non au jour ordinaire,

11. Mais au second mois, il la fera en la manière qui suit. Le quatorzième jour du mois, sur le soir, il mangera la pâque avec des pains sans levain et des laitues sauvages;

12. Il n'en laissera rien jusqu'au matin; il n'en rompra point les os, et il observera toutes les cérémonies de la pâque.

13. Mais si quelqu'un, étant pur, et n'étant point en voyage, ne fait point néanmoins la pâque, il sera excommunié du milieu de son peuple, parce qu'il n'a pas offert en son temps le sacrifice au Seigneur; il portera lui-même la peine de son péché.

14. S'il se trouve parmi vous des étrangers et des gens venus d'ailleurs qui aient embrassé votre religion, ils feront aussi la pâque en l'honneur du Seigneur, selon toutes ses cérémonies et ses ordonnances. Le même précepte sera gardé parmi vous, tant par ceux de dehors que par ceux du pays.

15. Le jour donc que le tabernacle fut dressé, qui fut le premier jour du premier mois de la seconde année, il fut couvert d'une nuée. Mais depuis le soir jusqu'au matin on vit paraître comme un feu sur la tente du Seigneur.

16. Et ceci continua toujours. Une nuée couvrait le tabernacle pendant le jour; et pendant la nuit, c'était comme une espèce de feu qui le couvrait.

17. Lorsque la nuée qui couvrait le tabernacle se retirait de dessus et s'avancait, les enfants d'Israël partaient; et lorsque la nuée s'arrêtait, ils campaient en ce même lieu.

18. Ainsi, ils partaient au commandement du Seigneur, et à son commandement, ils dressaient le tabernacle et s'arrêtaient; car pendant tous les jours que la nuée s'arrêtait sur le tabernacle, ils demeuraient au même lieu:

19. Que si elle s'y arrêtait longtemps, les enfants d'Israël veillaient aussi longtemps dans l'attente des ordres du Seigneur, ils ne partaient point.

20. Pendant tous les jours que la nuée demeurait sur le tabernacle, ainsi ils s'arrêtaient et dressaient leurs tentes au commandement du Seigneur, et à son commandement, ils les détendaient et ils partaient.

21. Si la nuée étant demeurée sur le tabernacle depuis le soir jusqu'au matin, le quittait au point du jour, ils partaient aussitôt; et si elle se retirait après un jour et une nuit, ils détendaient aussitôt leurs pavillons.

22. Que si elle demeurait sur le tabernacle pendant